UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Epistola V. Callisti Papae II. Ad Henricvm Imperatorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Visual Library

temere venire tentauerit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem eccleſiæ iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis ſentiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen. Ego Calliſtus catholicæ eccleſiæ epiſcopus. Datum Valentiæ v. Kalendas Martii, indictione decimatertia, incarnationis dominicæ anno MCXX. pontificatus autem domini Calliſti II. papæ anno ſecundo.

EPISTOLA IV. CALLISTI PAPÆ II. AD EPISCOPOS ET CLERVM GALLIÆ.

De Burdino antipapa capto, &c.

QVIA dereliquit, *&c. Extat deinceps inter præambulares Concilii Lateranenſis I.*

EPISTOLA V. CALLISTI PAPÆ II. AD HENRICVM IMPERATOREM.

Illum ob factam inueſtituræ eccleſiaſticæ reſtitutionem, & pacem cum eccleſia initam, laudat.

OMNIPOTENTI Deo, *&c. Extat deinceps inter præambulares Concilii Lateranenſis I.*

EPISTOLA VI. CALLISTI PAPÆ II. AD PELAGIVM BRACARENSEM EPISCOPVM.

De priuilegiis eiuſdem eccleſiæ.

BRACARENSEM metropolim inſignem quondam fuiſſe, atque inter Hiſpaniarum regna multis & dignitatis

&glo-